



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Bonacinæ Vtrivsque Signatvræ Referendarii  
Compendium Omnium Operum de Theologia Morali,  
omnibusque conscientiæ nodis**

**Bonacina, Martino**

**Coloniæ Agrippinæ**

Raptus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41152**

tiarum publicatione petunt pro se, aut loco pio, quive elemosynas collectas in pios usus erogant. *Trid. sess. 21. c. 9. de refor. & sess. 5. de refor. c. 2. in fin.* Vid. Nav. *tract. de jub. 1. & in dul. not. 46.*

R.

## A D D I T I O.

Raptus.

**R**aptus propriè dicitur quando persona aliqua invita, vel resistentibus ejus parentibus, seu illis sub quorum cura est, adducitur per vim ad libidinem explendam; vel ad matrimonium contrahendum. Raptor subjacet pœnis Tridentini, etiamsi postea non expleverit libidinem ob superveniens impedimentum. Raptus superaddit fornicationi multiam contra justitiam, & non solum committitur, quando femina abducitur per vim, sive ipsa sit virgo, sive corrupta, sive conjugata: sed etiam quando vir abducitur per vim. *scilicet dicendum quando quis virginem opprimit in domo patris, aut illam trahit de uno cubiculo in aliud, ut ibi ea facilius abutatur tom. 1. De iis, quæ pertinent ad usum matrimonii, quæst. 4. punct. 18. n. 1. & seq.*

2. Pœnæ contra raptorem decretæ sunt capitis & bonorum amissio, excommunicatio ipso facto incurrenda ante sententiam judicis ab ipsis etiam qui consilium, auxilium & favorem præbent raptoribus; præterea infamia & incapacitas dignitatum: ut raptor non possit contrahere cum raptâ se vel ab alio antequam constituatur in loco tuto, ut teneatur, sive matrimonium contrahat, sive non, ad decenter dotandam raptam arbitrio judicis, & ut matrimonium invalidum sit, dum raptâ est in potestate raptoris. *ibid. n. 9. & seq.*

3. Ille adhuc dicendus est raptor, qui per vim abducit uxorem, quæ vult uti spatio duorum mensium sibi à jure concesso ante consummationem matrimonii. *ibid. n. 13.*

## A D D I T I O.

Ratificatio.

Ratificatione, etiam tacita, convalescunt gesta per metum,